

tervalla temporis id homicidium contigisset vindicta, & non defensio existimanda. Farin. d. questione 121. ex numero 23. & questione 125. num. 403. cuius verba retulimus supra numero 17. Petrus Caball. de homicid. numer. 96. ibi: ut in continenti defensio fiat non ex intervallo. Seb. Guazzin. defens. 29. cap. 5. numero 2. vers. circa tempus, ibi: & in continenti dicitur facta si fiat antequam qui se defendit deveniat ad alios actus. Berlich. part. 4. concl. 15. n. 41. ibi: incontinenti autem in hac materia accipitur quando in aggressu ipso atque in pugna continuatione frangente adhuc maleficio non diveriendo ad alios diversos actus: cades ipsa committitur. Carpz. questione 31. numero 2. ibi: non enim ex intervallo, & postquam iam pugna sedata est, irruasque ad extraneos actus descendit, sed in continenti: & n. 34. ibi: Tertius casus est quando post offensionem, & concertationem intervallo longi temporis, veluti unius seu aliquot horarum, seu dierum praeterlapso insultatus denuo aggressorem à quo ab initio percussus fuerat invadit, & trucidat. Ex nostratibus Petrus Plaza d. lib. 1. cap. 28. n. 19. ibi: Superest tamen ut ad propositam questionem revertamur, & quasi totius materia coronidem illud adsciam in eo sane inculpatam tutela moderamen vertatur si in continenti defendatur. Et ibi: incontinenti fieri dici si in ipso flagranti crimine propulset injuriam: Azevedo conf. 28. num. 17. ibi: quia non incontinenti fuit factum & sic ultio dicitur. Dominus Gregor. Lopez in lege 2. tit. 8. part. 7. gloss. 7. ibi: & nota quod articulus debet concludere quod percussio fuit facta durante rixa. Montalvus in d. l. 1. tit. 17. libro 4. fori in glossa, verbo defendendose ibi: scilicet in continenti. Dominus Covarruv. in 2. Variar. cap. 9. numer. 2. vers. primum, ibi: idem profecto erit ubi homicidium non praemeditato consilio, sed fortuito oborta questione ad propulsandam injuriam verbalem, ad effugiendum honoris periculum repente contigerit. Et sic ferè omnes, quod iusta ratione probatur deducta ex Text. in lege scientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil. ibi: illum solum, qui vim inferri ferre conceditur, & hoc si tuendi duntaxat, non etiam si ulciscendi causa factum sit: cum autem qui ex intervallo occidit, non tuendi, sed ulciscendi causa percudit, inde est quod excusatio non proficit.

42 Nec adhuc in sententia eorum qui tradunt intervallum longi temporis esti-

mandum arbitrio iudicis, Angela poenam acerbam vitavit: nam illico se offert nota atque scitissima differentia inter injuriam quæ fit re, & injuriam quæ fit verbis, de qua Ulpian. in leg. 1. §. 1. ff. de injur. ubi communiter Doctores, Vela de delict. 1. parte, cap. 16. numero 2. Guttierrez in praxi criminal. quest. 107. numero 1. Ant. Matth. lib. 47. ff. tit. 4. cap. 1. in princ. Berlich. parte 5. conclus. 59. per rot. Carpz. 1. parte praxi crim. quest. 99. Giurba conf. 86. num. 20. Realis namque dicitur illa, quæ facta contumelioso irrogatur, nempe vulnerere, alapa, fuste, arundine, uxorem de adultério molestando, sororem vel aliam cognatam flagitando, & similibus, de quibus plura per Belich. d. conclus. 59. ex numer. 81. Carpz. d. quest. 99. ex n. 1. Verbalis verò, quæ per convitium inferitur, de qua idem Berlich. d. conclus. 59. ex numer. 1. & Carpz. d. parte 1. quest. 94. numero 2. cum segg. Et si inspicatur juris dispositio, solum tolerata reperitur propulsatio injuriæ realis, ex eo quod non potest spectari remedium juris, cum semel perfecta effectus ejus elidi non valet, unde aggressorem occidere licet in ipso actu vim repellendo, ex Text. in l. ut vim, ff. de just. & jur. quod aq̄e procedit in eo qui pudicitiam attentat, Text. in leg. 1. §. item divus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & sic in similibus injuriis re, & facto inferendis. At verò effectus injuriæ verbalis per remedia juris tolluntur, ob quod nequaquam excusabitur; si eam aliquis propulsa verit re, & facto. Sic eleganter tradit Ant. Matth. d. cap. 1. numero 9. dicens: Non minus vexata, atque in varias partes distracta est questio, an ille quoque excusandus qui convitio provocatus ulcisci se voluit? Ne dum quid alii senserint exponimus, prolixum nimis fiet caput hoc, breviter quid mihi videtur, aperiam. Existimo itaque laudem quidem non mereri eum, qui provocatus pari retulit, à pena tamen esse excusandum. Laudandum non esse ideo apparet, quod alia sit convitii, alia vis atque verberum ratio, quæ corpori nostro inferuntur. Vis si fiat, expectare legum auxilium non possumus, ne si expectare velimus occumbendum ante sit, quàm prator iria verba sari possit. Convitium si dicatur, expellere per legitimos tramites calumniantium iniquitates possumus, nec ullum periculum in mora. Verum tamen quia difficile est justum dolorem refranare, atque reprimere, causaque omnis in provocante consistit,

45 consistit, aequum est provocato ignoscere, mutuasque injurias provocatione tolli. Quod est idem ac docent Azeved. conf. 28. numer. 117. Guttierrez in praxi quest. 128. numero 19. Berlich. concl. 68. numero 28. & Carpz. questione 97. numero 39. & melius questione 30. numero 69. qui quidem tenent, quod ut plurimum injuriantem verbis retorquere similem injuriam proflumus (in quo adest etiam modus inculpatæ propulsationis, sive retortionis, ut idem docent) non autem facto percutiendo, vulnerando, occidendo, ut ibidem probant & clarius Carpzovius d. n. 69. ibi: Attamea contrarium, quod scilicet nemini ob defensionem fama, atque honoris, hominem interficere liceat, longe verius est. Neque enim injuriis læsissimus in ullo vitæ periculo constitutus. Neque propulsatio quævis, sed solummodo moderata defensio, permisa est leg. 1. C. unde vi. Injuriantem autem injuriantem vel vulnerando, vel eundem trucidando honorem suum moderate non defendere, sed potius privatam vindictam illicitè exercere, extradubium est. Nulla enim proportio inter verba & verbera. Et numero 72. ibi: si tamen honesta persona gravissima injuria verbali affecta in continenti necem injuriantis intulerit: neutiquam pena homicidij ordinaria plectendus est, sed ob ingentem excessum extraordinariè. Quod est idem ac docuerat noster Præsul & Dominus Covarruv. ubi proxime, qui adhuc mitigationem poenæ in supremis Regiis tribunalibus probat ex consuetudine, ubi statim post homicidium ipse delinquens non punitur, argum. Text. in leg. si diutino, ff. de pæn. juxta cuius doctrinam intelligenda sunt tradita per Christophor. de Paz. ad legem 58. styl. numero 5. Ant. Gomez. d. cap. 3. numero 24. cum similibus, qui tenent provocatum mitibus puniri pro excessu, nempe si statim injuriantem verbis occiderit. Quibus positis, quando injuria facto irrogatur, cum effectum permanentem producat, semper durat causa provocans iracundiam, & sic mitigatio per legem concessa ulciscenti statim, remittitur arbitrio iudicis, ut ex facto, personis, atque gravitate injuriæ æstimare valeat an dicatur incontinenti fecisse, quando, quamprimum potuit injuriam vindicavit, ut ex Bellon. Farin. Et Marra probat Giurba d. conf. 86. numero 21. Et cum loquatur de nece stupratoris cuiusdam fororis occi-

dentis, cuncta quæ cumulat in his terminis intelligenda sunt. Ob quod in illa specie, licet vindicta sumpta fuisset post triennium, semper effectus injuriæ permanebat; nempe stuprum fororis. Et adhuc ipse Giurba in fine d. conf. 86. fatetur, quod non ad veritatem indagandam, sed ad contemperationem unius ex iudicibus, reo faventis, consilium illud exaravit: & nihilominus reus fuit condemnatus ad poenam mortis civilis, nempe remigij perpetui. Thomas Grammaticus in d. decis. 5. poenam mitigatam tradit in eo qui occiderat interfectorem consobrini, insidias patratem vitæ ipsius rei, & exempla per eum adducta numero 23. & 24. delumpta ex Valerio Maximo de foeminis ulciscuntibus neces filiorum tractant. Don Ludovicus Peguera d. decis. 78. differit de eo qui injuriatus fuerat atrociter ab illo, qui arma sulfurea in ipsum ad injuriandum dirigebat, & cum in ipso actu propulsare injuriam non posset, paulo post, hoc est spatio media, aut ad summum unius horæ transacto, à tergo vulneravit, ut narrat in prin. decis. Farin. d. questione 91. quidquid differit de subitanea ira, est, ut percipitur ex traditis num. 1. in final. Gizzarel. in d. decis. 18. de vindicante alapam disputat, & sic cæteri Doctores adducti supra num. 21. ac per consequens omnes de vindicantibus injurias re factas tractant.

46 Quando autem injuria verbis fit, incontinenti, in ipso actu, & rixa propulsatio fieri debet, ad hoc ut a crubitas poenæ condonetur ex Text. n. d. lege, ut vim, ff. de just. & jur. d. lege 1. C. unde vid. & utrobique Doctores, Marra decis. 206. numero 20. Farin. d. questione 115. numero 11. Ponte conf. 93. numero 29. & 30. Bellon. de his que fiunt in contin. capit. 6. numero 7. Giurba. d. conf. 86. numero 21. cum cæteris adductis supra num. 43. Quibus addenda tradita per Jacobum Cujac. in d. lege, ut vim, qui postquam docuit quo pacto ultio incontinenti sumenda est, ad vitandam poenæ acerbitatem, legem Atheniensium à Demosthene relata tradit, & ipsius Demosthenis verba, ibi: ille articulus confestim tollit omne spatium mediansi quicquam mali. Et concludit Cujacius. Et quidquid tale non fit, in continenti, jure non fit. Sic enim excusatum satellitem qui injuriâ provo

provocatus statim occiderat carcera-
rium, refert Don Francisc. Merlin. *d.*
cap. 66. num. 7. & 33. Ex quibus resultat,
quod ad hoc ut aliquis excusetur ab
acerbitate pœnæ in crimine homicidij
parrati sub prætextu injuriæ sibi illatæ
verbis, requiritur exclusio meditandi
ultionem; quia si adest meditatio, jam
non verlamur in quæstione fortuitò
48 oborta, quod est necessarium ad pro-
pulsionem injuriæ, ut tradit Gutierrez. *d.*
quæst. 128. num. 11. cum egrediendo fi-
nes defensionis, ultio privata sit, ut dixi.
Et quia in nostra specie solum probasset
Angela verbalem injuriam, & hanc
non præmeditatè prolatam, sed casu,
& fortuitò: & multo minus injuriam
realem, diffamationem aut solitudinem
seu molestantiam tendentem ad adulterium;
clarissimè liquet defuisse causam
justi doloris, aut provocationis, tempore
quo homicidium patravit, quia tempus
octo dierum intermedium sufficiens
est ad mitigandam iram secundum
subjectam materiam.

Neque homicidium Bernardini remansit
49 in terminis simplicis homicidij
dolosè, vel præmeditati, sed addebatur
qualitas insidiarum, & prodicionis (sive
ut apud nos dicitur *Alevosia*) & majestatis.
Nam Bernardinum percussit à tergo
nullo verbo dicto, & nil tale suspi-
cantem, cum ictu sclopi parvæ ac
reprobate mensuræ, dum securè
verlabatur in atrio Regii Palatii, ut ex
actis apparebat. Licet enim in inspec-
tione vulneris per peritos, quos de
more adhibui, diceretur vulnus ad la-
tus capitis repertum fuisse, non simpli-
citer, ut pro illius defensione asser-
batur; sed ad latus auriculæ versus
occiput. A tergo conversantem cum aliis
percussit; si enim glandes, vel pilæ plum-
bæ ad unum latus declinarunt, hoc
per accidens se habuit, neque immu-
tate potuit genus percussiois, cum vul-
nera non dentur ad mensuram. Ob quod
solum venit contemplandum genus
aggressionis, quod à tergo fuit absque
dubio. Quo supposito, homicidium in-
sidiosum comprobatur: nam licet inter
Doctores ad effectum immunitatis (de
cujus articulo in sequenti controversia
50 tractabitur) valde controversum sit, an
proditorum dicatur ex doctrina Barto-
li communiter allegata in *leg. perspicien-
dam, §. delinquitur, ff. de pœn.* Ad effectum
imponendæ pœnæ, insidiosum &

proditorum est; quoties homo interfici-
tur per industriam, cavillationem &
artificium. Ut ex eisdem verbis Bartoli
percipitur. Et docent Clatus in *d. §. ho-
micidium, num. 9.* Tiber. Decian. *lib. 6.*
c. 28. num. 11. & 19. & lib. 7. c. 29. num.
19. Peguer. *d. decis. 54. ex num. 9.* Fon-
tanel. *de præf. claus. 4. glof. 14. numer. 118.*
Farin. *quæst. 18. n. 76. & quæst. 28. n. 24.*
Petr. Cabal. *de homicid. n. 489.* Menochi.
de arbitr. cas. 361. n. 27. Giurba *de conf.*
2. n. 55. & conf. 100. n. 1. Franquius *dec.*
713. n. 8. Boët. *decis. 109. n. 5.* Matril.
de indul. c. 28. n. 2. Ant. Fab. in *C. lib. 1.*
tit. 2. de fin. 1. Guazzin. *defens. 1. c. 38. n.*
40. Fachineus *controves. lib. 9. cap. 93.*
Petr. Gregor. *synag. lib. 33. c. 21. n. 3.*
& *de Repub. lib. 13. c. 22. per tot.* Rebus.
tract. de immunit. glof. 1. num. 16. Gardin.
Hostien. in *summa. Rub. de immunit. n. 8.*
Sesse *de inhib. cap. 8. §. 4. ex num. 55.*
Jul. Clar. Cartar. *decis. crim. 4. num. 12. &*
acc. 95. num. 1. Gamba Curt. *immun. l. 5.*
c. 4. 28. & 31. Carpzovius in *prax. part.*
1. q. 25. n. 16. Don Mar. Curtel *de im-
mun. lib. 1. q. 1. n. 5. & quæst. 5. per tot.* Don
Michaël Cortiada *decis. Catal. 96. ex n.*
4. & tom. 2. Don Didacus Frances Epif-
copus Barbastren. *tract. de comper. jurif.*
quæst. 19. n. 13. apud quos plures alios re-
peries.

De jure nostro Hispano concluditur
hæc sententia tribus innegabilibus ra-
tionibus. Quarum prima est, quia per
jura nostra ad homicidium insidiosum
comprobandum quod nuncupamus *ale-
ve*, non requiritur nisi quod securè fiat
extra certamen; pugnam vel rixam,
Text. in *l. 4. tit. 7. & in l. 11. tit. 13.*
*lib. 8. Ordin. & in l. 10. tit. 26. lib. 8. re-
cop. ibi: Toda muerte se dice segura salvo*
aquella que fuere hecha en pelea, en guerra,
o en rina. Docent Covarruv. in *d. Clem.*
*si furiosus part. 2. §. 1. num. 7. & va-
riar. lib. 2. cap. 20. numero 7.* Ant. Go-
mez. *d. cap. 3. numero 5. vers. adver-
tendum.* Plaza *d. libr. 1. cap. 21. num. 1. cum*
seqq. Didacus Perez in *d. leg. 4. ordin.*
Azevedo in *d. leg. 10. recopit. Vela de*
delictis c. 15. n. 35. lib. 1. Gutierrez præf.
lib. 1. quæst. 2. num. 19. cum seqq. & lib. 4.
q. 13. ex n. 31. August. Barbof. *ad cap. in-
ter alia n. 46. de immunit. & ad c. 1. de ho-
micid. n. 5.* Ayllon *ad Gomez. d. c. 3. n. 6.*
Quod autem neque in certamine, neq;
in pugna, neque in rixa factum fuerit;
per se patet juxta ea quæ proponuntur
suprà num. 1. Secun

Secunda ratio desumitur ex eo quod
patratum fuit hoc maleficium instru-
mento sulphureo, sive sclopo manuali re-
probate mensuræ: quia ex hac sola quali-
tate dicitur commissum proditorie. Text.
in *l. 15. & in l. 17. tit. 23. lib. 8. recopit.*
lib. 8. ordinament. Quo Textu, Didacus
54 Perez in *glos. ait: quia habet talis delatio*
in se admixtam prodicionem. Nam apud
omnes nationes arma hæc proditoria re-
putantur. Tiber. Decian. *lib. 8. c. 3. num.*
14. & c. 3. n. 29. Peguer. *dec. 56. ex num. 7.*
Scip. Rovit. *ad prag. de delat. armor. per*
tot. Novar. ad prag. Neapol. 2. de abolit.
crim. collect. 3. n. 24. Fatinacius *q. 183. n. 76.*
cum sequentibus; & q. 108. n. 52. & consil.
136. num. 3. lib. 2. Caballus cas. 38. num. 7.
in princ. Giurba consil. 88. in prin. d. consil.
100. n. 1. cum seq. & observat. 45. prin.
Thoro in *comp. dec. tom. 1. verb. delictum*
proditorum. Marius Curtel *de immunit.*
lib. 1. q. 4. n. 15. Cortiada *dec. 34. ex n. 42.*
Carpzovius *d. q. 3. n. 23.* Nec summorum
Pontificum desunt decreta. Nam Pius
IV. anno 1562. & Pius V. anno 1572.
in constitutionibus adductis per Pegue-
ram *d. dec. 56. num. 3. & Farin. d. q. 103.*
n. 76. hæc arma tanquam proditoria,
quæ occultè deferri solent in perniciem
humani generis extirpare atque repro-
bare cupientes, pœnam criminis læsæ
Majestatis in deferentes promulgarunt.
Julius II. in *Brevi* quod tradidit *tom. 2. de*
regim. Valen. c. 8. §. in princ. clericos mi-
norum Ordinum cum eis delicta patran-
tes privilegio fori exutos, à Curia secu-
lari puniri iussit. Don Michaël Cortiada
plures constitutiones tradit à diversis
summis Pontificibus editis hujusmodi
crimina severissimè puniri mandantibus
in Ecclesiasticos, ut videre licet in *d. dec.*
34. ex n. 5. Et dum refert praxim & ob-
servantiam degradationis, & relaxationis
clericorum, sacerdotum, atque regula-
rium, & impositionis pœnæ capitalis,
maximè ex maleficiis his armis patris
tradit *ex n. 26. per plures seqq. & num. 42.*
Atque adeo nequaquam dubitari valet
de decisione Sedis Apostolicæ, quoad
hanc qualitatè prodicionis resultantem
ex delictis patris cum his sclopis,
sive arcabussis.

55 Tertia ratio procedit ex loco; nam in
Regio Palatio patrata cædes Bernardini
fuit, quod ex se pœnam aggravat, Chassa-
neus in *catalog. glor. mun. part. 5. conf. 24.*
n. 15. Freccia *de subsec. c. de offic. Mag.*
D.D. Laur. Mathæu, de *Re Crim. Pars 1.*

senesc. lib. 1. Fulvius Const. ad tit. 1. de
Palatii lib. 11. n. 16. Carpzovius in *praxi,*
part. 1. q. 40. n. 31. cum seqq. Basilic. *dec.*
crim. 14. n. 3. cum sequentibus. Et licet ii
Doctores de pœna arbitraria loquantur,
apud nos est capitalis, ex eo quod deli-
ctum proditorum est de jure Hispano,
juxta Textum in *l. 2. tit. 16. part. 2.* ubi
Montalvus & Gregor. Lopez; in eo enim
pœna mortis imposita reperitur contra
quemlibet necantem in palatio, aut atrio,
vel ovili, seu curte, ut in eodem Text. ha-
betur. Ubi traditur duplex ratio, quarum
prima est ob irreverentiam. Principis in
cujus neglectum homicidium patratum
in domo suæ habitationis, sive atrio il-
lius ibi corral. Nam lex Julia majestatis
comprehendit quidquid contra hono-
rem seu dignitatem Principis committi-
tur, ut docet Anton. Matthæus *d. lib. 48.*
ff. tit. 2. c. 2. n. 21. ibi: *continetur secundo*
capite que adversus splendorem, dignitatem
atque existimationem Principis committuntur.
Quod omnes Doctores notant in *l. qui 37*
statuas 6. cum l. sequent. in fin. ff. ad leg. Jul.
Majest. Cum autem Principis dignitas
offensa resulter ex nece patrata in domo
suæ habitationis; ideo recta cum ratione
in nostra lege cautum est, quod crimen
prodicionis incurrat, quicumque hæc
patraverit.

Secunda ratio, quia ex nece patrata
in domo quæ Rex habitat, datur occasio
discordiæ & tumultus, quibus glicentibus,
Princeps qui ad ea sedanda properare
potest, mortem, aut vulnus reportare
poterit. Quod in primo capite legis Ju-
liæ continetur. Text. in *l. si ff. eodem*
*tit. ibi: qui milites sollicitaverit, concitave-
ritve, quo seditio, tumultusve fiat.* Licet
enim Angela milites non sollicitaret ad
seditionem; concitavit tamen ad tumul-
tum committentes, in ipsa ferme statione
unum nequiter trucidando. Quia tumul-
tus à subito tempore, & motu populari de-
ducitur, ut tradunt Accurs. in *l. si ff. de*
depos. Calvin. in Lexico juris, verb. tum-
ultus. Albel. de Rosat. in *diti. eod. verb. &*
Anton. Matthæus *d. c. 2. n. 11.* Cum negari
non possit, præbuisse causam motus
popularis totius cohortis; nam cernendo
59 commilitonem crudeliter occisum, in-
dictam ut in viris militaribus fieri solet,
tumultuosè ex tali provocatione posse-
runt querere atque procurare: quia com-
militio charitatem gignit, vel auget in-
ter commilitones, ut docent Consulti in
l. miles filius militis, §. l. si forte 8. l. si de

hereditate 19. in prin. ff. de castr. pecul. leg. cum allegas 4. C. eod. lib. 12. Explicat ad hanc rem Langicus *semestr. lib. 2. cap. 4. versut non abs re.* Ob quod periclitari potuit salus Principis; nam ut ait noster Text. in d. l. tal. podria ser la buelta que entraria el mesmo a despartir la, e podria ende prender muerte, deshonra en su cuerpo.

61 Quibus & tertia ratio addi poterat, nempe quia miles Palatinus actu officium exercens occisus in ipso Palatio fuit, quod ad legem Juliae Majestatis atinet, Text. expressus in l. quisquis 5. in prin. Cod. eod. tit. ibi: vel cujuslibet postremo qui nobis militat. Et quamquam aliqui ex Interpretibus opinati fuerint referenda esse haec verba ad occidentem Ducem supremum cui concessum imperium exercitum est: tamen plures iuste docent referenda ad eos qui militant in Aula, ut pluribus probant Farin. q. 112. n. 54. & Carpvovius d. part. 1. prax. q. 41. num. 55.

62 & 56. Quod confirmatur ex eo quod poena sacrilegii afficiuntur frangentes privilegia militum Palatinorum, in l. omnes 4. C. de privi. eor. qui in sac. Palat. milit. lib. 12. ibi: si quis autem temeraria usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii poenam sustineat. Sacrilegium vero in jure, simile, vel aequale crimen reputatur cum crimine legis Juliae Majestatis; ut docet Ulpianus in l. in princ. ff. ad l. Jul. Majest. tradit Farinac. d. quest. 112. numero 2.

64 Neque ex eo quod crimen patratum fuit in atrio Palatii haec dispositio cessabit, tanquam si referatur ad patranes homicidium, in ipso cubiculo Principis, vel ubi assidue commoratur, de quo Sidon. lib. ep. 1. epist. 2. Bulenger. de imper. Rom. lib. 2. c. 17. Nam contrarium habetur in nostro Text. ibi: mas el que mataste o friesse en las casas o corral do el Rey posasse, id est, sed si quis occidisset in domibus vel atrio ubi Rex habitasset. Non enim rex potest commorari in atrio, curte vel ovili, & sic verbum illud Corral intelligendum est de atrio domus in qua inhabitat, ut ex litera constat, & de jure non solum ad partem Palatii quale est atrium; sed ad confinia privilegia ipsius extenduntur. Albericus in l. presentis C. d. his qui ad Eccles. confug. Fulvius Const. ubi proxim. num. 17. cum seqq. Basilic. d. dec. 14. n. 6. Quibus additur quod Palatium & domus dominica; de quibus in l. unie. C. de Palat. & dom. domin. lib. 11. generaliter accipitur, ita ut comprehendat cubiculum, aulas,

atria, & ceteras partes universae domus, Text. in l. 29. tit. 9. part. 2. quam dominus Gregorius Lopez explicat ibi: locus ubi Rex palam ad judicandum, comedendum, seu ad amena loquendum se praebet, & Montalvus in eod. Text. eisdem ferè verbis explicat, ut doctè hæc & alia ad rem tradit Don Josephus Exea, & Descartini eximius Jurisconsultus & Canonicus Caesar-augustanus in recit. ad d. l. unie. prope finem, vers. ex prædictis, & cum sacrum Palatium ab Imperatoribus nuncupetur in d. Authent. habita, C. ne fil. pro patr. Sacratissimum in l. in nomine, §. hoc etiam, C. de off. Praef. Prator. Afric. Consecratas aedes & incluta Palatia in d. unie. C. de Palat. lib. 11. Sacratissimas aedes in l. acceptam, C. 67. de usur. Divinam domum in l. bene à Zenone, c. de quadrien. præscript. & in l. abstit. C. de privi. dom. August. lib. 11. Inde fit quod tot tantisque privilegiis decorentur, ac tandem quod delinquent in his Palatiis acrius & acerbius puniatur, ut docent Guiliel. Benedic. in cap. Raynunt. verb. uxorem, n. 809. Chassaneus in catalogo glor. mund. part. 5. considerat. 24. n. 125. Freccia de subseud. lib. 2. tit. de Mag. Senescal. n. 7. Maltrill. de Magistr. lib. 3. c. 9. n. 1. aliis relatis Dom. Francisc. Merlin. Pignat. contr. For. centur. 1. cap. 66. numero 6. & 7.

69 Quibus positus non obstant in contrarium adducta. Non enim primum, nempe in dubio potius casu quam dolo patratum homicidium censeri: quia contrarium docuit Jurisconsultus Martianus in d. l. 1. §. divus Adrianus ff. ad leg. Corn. de scar. ibi: ex re constituendum hoc 3. nam si gladium strixerit, & in eo percussit, indubitate occidendi animo, id eum admisisse. Et Imperator Antoninus pariter rescripsit in l. 1. C. eod. ibi: Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ob quod quando factum ex sua natura prohibitum est, & dolosum apparet, non est dubitandum de dolo, ut in terminis docent Caball. de homic. d. n. 279. Ant. Gomez d. c. 3. n. 17. & ceteri quorum verba retulimus supra n. 16. Et licet aliqui ex adductis n. 4. distinguant dolum, ab animo deliberato, cum sit qualitas distincta aggravans delictum, ut Caballus notat de homicid. n. 385. quem plures sequuntur, ob quod requirunt specificam probationem. Contrarium probant Doctores melioris sententiae, ut tradit Carpvovius d. q. 1. n. 51. Et in nostra specie utrumque ex actis comprobabatur, ex ipso

ipso facto, & ex confessione ipsius Angelæ, quæ est manifesta probatio Text. in l. non intelligitur, §. tacita, ff. de jure Fisci. Grammat. conf. 29. post prin. Plaça d. cap. 10. n. 7. vers. deinde. Et corroboratur ex forma aggressionis, ex genere armorum, ex parte percussa, ex loco delicti, ex tempore intermedio, ut dictum superius remanet, & ex toto facto, à quo probationem sumere debemus. Text. vulg. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, ff. ad municipal. cum aliis traditis per Carpvovium d. q. 1. ex n. 32.

72 Neque ex eo quod femina erat, praesumptio doli, aut acerbitas poenae excludi poterat: nam hoc in casu dubio potest procedere, vel in dolo praesumpto, non in vero dolo clarissime probato: sic enim intelligitur communiter Glossa in d. l. ubi, ff. de edendo, & Baldus in d. l. precibus n. 50. vers. quid ergo si perit, C. de impub. & aliis sub. aperte declarat, ibi: si autem dolose, vel temere omni diligentia praetermissa non excusabitur. Docent Farin. q. 98. caus. 10. n. 16. Carpvovius d. part. 1. q. 12. n. 15. & part. 2. q. 53. n. 11. cum seq. Femina namque sub appellatione hominis continetur in poenalibus (dummodo non sint incompatibilia cum sexu) Text. in l. 1. & in l. hominis 15. ff. de verbor. signif. ubi communiter Doctores. Mellior Textus in l. si quis id quod 7. §. 1. ff. de jurisdiction. ibi: sed & virumque sexum Prator complexus est. Optimus etiam Text. in l. id est 15. ff. de liber. caus. ibi: id est sive virilis sexus, sive femininis, dummodo ejus atatis sit ut dolum capiat, leg. unie. ubi gloss. verb. sponsam, C. de rap. vir. l. quicumque, C. de ser. fugit. Docent Alber. Paul. Paris. Socin. & Jason. ibid. Rebuffus in d. l. hominis. Angel. consil. 191. Cepola consil. 65. in fin. Paris. consil. 81. n. 10. Faquin. lib. 11. controvers. c. 11. ad fin. Jacob. Cujac. in d. l. si quis id quod vers. hoc autem verbo.

74 Ex nostratibus Montalvus in l. 13. tit. 10. lib. 3. for. leg. gloss. 1. Dom. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 1. part. 7. gloss. 2. Matien. in l. 8. tit. 11. lib. 5. recopil. gloss. 2. Azeved. in ead. l. 8. n. 1. Joan. Gutier. lib. 2. pract. q. 6. n. 2. August. Barbof. in c. statutum 15. n. 13. de haer. in 6. Quare Valer. Maxim. lib. 6. c. 3. severitatem Domitii Pratoris summè recommendat, quod sic se in viris puniendis severitas exercuit, sed ne in feminis quidem supplicio afficiendis seignorem se egit.

75 Et licet Pontifex in c. sicut dignum, de homicid. dixerit habendam sexus rationem, D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars I.

non intelligendum est circa substantiam poenitentiae, sed circa qualitatem; quia plurimæ species poenitentiae reperiuntur, quæ in viris saluberrimæ sunt, in feminis autem periculosa, ratione sexus, ut infra n. 81. & 84. explicabitur. Glossa vero in eod. Text. allegat c. indignanter 32. q. 6. in quo nihil reperitur ad probationem mitigationis, neque adhuc ad argumentum fumentum contra nostram traditionem. Nam in eo Textu sanctus Augustinus tractat de differentia poenae impositae marito adulterium committenti, à poena statuta in uxorem adulteram, ut videre licet in lib. 2. de adulter. conjugib. ad Pollentium, qui reperitur in 6. t. suor. oper. in c. 8. arguit divus Augustin. in vito qui uxores derelinquendo alias feminas quaerunt, & nihilominus excusari volunt eo quod viri sint: & increpando hanc pessimam excusationem concludit verba d. c. indignanter, proferendo ibi: majoribus poenis eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vinceres, & exemplo regere feminas. Non enim docet sanctissimus Doctor, quod poena legalis in femina adultera mitigetur; sed exposcit quod viri eandem culpam incurrentes gravius puniantur, ob pessimum exemplum uxoribus exhibitum; quod est valde diversum ab hac specie de qua agimus.

76 Hæc generalis conclusio quod poenae sub nomine viri comprehendantur in poenalibus, in omni crimine habet locum, ita ut ab acerbitate poenae non excusentur ob fragilitatem sexus; imò poena puniantur, nisi aliter à jure expressè cautum reperiatur. In homicidio sive quoad poenam legis Corneliae de fidei caris probat Text. in l. pregnantis 3. leg. Cicero 39. ff. de poen. Mellior Textus in l. si quis necandi 8. C. ad leg. Corn. de scar. Probant Farin. d. q. 98. caus. 10. num. 13. cum duobus sequentibus, & q. 119. n. 19. Caball. de homicid. n. 142. Revard. lib. 3. con-ject. c. 1. Carpvovius d. 1. par. q. 12. n. 15. & 16. ex nostratibus. Azevedo d. l. 4. tit. 23. lib. 8. recovil. n. 1.

77 In crimine hæresis pari poena puniatur mulier c. statum 15. de haer. in 6. ubi Doctores. Et quæ tradit Simancas, & ceteri adducti supra n. 5. intelligitur quando hæresis versatur circa illas res de quibus scientiam feminæ habere non solent, quia in hoc casu femina mitius puniuntur, ex causa ignorantiae præsumptæ: non autem in his quæ feminæ com-

- munitur intelligunt atque percipiunt; cum in hac specie æqualiter cum viris puniri debent pro isto crimine, ut cum eodem Simancas, Decian. Farin. & Soufa docet Carena *tract. de inquisit. part. 3. tit. 9. §. 11. n. 47.*
- 78 In crimine polygamie pariter puniuntur si secundo, vel pluribus, nubat, vivente primo, ac vir qui superstite prima aliam, vel alias ducit. Idem Carena *dict. tract. part. 2. tit. 5. ex n. 61.* Caball. *cas. 98. n. 24. cum sequentibus.* Berlich. *part. 4. concl. 28. ex n. 6.* Carpovius 2. *part. q. 66. ex 17. Guttierrez d. q. 1. n. 2.*
- 79 In maleficiis, incantationibus & fortilegiis eadem pena statuta, & observata reperitur in foeminas, ac in mares, pluribus. Fragofo *de repub. Christ. parte 1. lib. 2. disput. 4. ex n. 6.* Carena *d. part. 2. tit. 12. per tot.* Torreblanca *de Mag. lib. 2. c. 38. per tot. & lib. 3. c. 13. n. 25. & 26. & de jur. spirit. lib. 13. c. 12. per tot. sign. num. 15.* Carpovius *d. 1. parte, questione 50. numero 10. & 11.*
- 80 In crimine blasphemie adhuc acerbis, ac masculos puniendas foeminas docuit Tiber. Decianus *lib. 6. c. 5. n. 6.* sed æqualiter tradunt Azeved. *in l. 1. tit. 4. lib. 8. n. 34.* & Joan. Gutierrez *in pract. crim. q. 72. n. 7.* Farin. *q. 98. n. 19.* August. Barbof. *in c. 2. de maledictis, n. 4.*
- 81 In percussione clerici pariter foeminae ac viri incurrunt excommunicationis penam, Text. *in c. mulier. 6. de sent. excom.* Et licet foeminae absolvi possint ab Episcopo sine eo quod teneantur adire Pontificem Romanum sicut viri; non ex eo est quod mitius puniantur, sed quia vel sub potestate patris, aut mariti reperiuntur, & sic non sunt plenè sui juris; vel periculi vitandi causa, cum valde periculosum sit foeminas perægrè proficisci, & se virorum coetibus immiscere, ut pluribus probat August. Barbofa *in d. cap. mulieres, num. 2.*
- 82 In crimine læsæ Majestatis Tiber. Decian. & cæteri adducti *suprà n. 5.* loquuntur in terminis uxoris maritum auxiliantis, quando hoc crimen patravit; vel in foemina condemnatum consanguineum plorante, non autem quando ipsa crimen hoc dolo malo patravit; nam hoc in casu eadem pena puniendæ venit. Idoc. *in pract. c. 6. rub. de crim. læsæ majest.* Ant. Matth. *d. lib. 48. ff. tit. 2. cap. 3. n. 3.* quo mirabiliter expendit Text. *in d. l. quisquis §. ad filias C. ad leg. Jul. majest.* cum Imperator in isto Textu non loquatur de

foemina per se patrans, sed de filia principalis rei.

In crimine patricidii nequaquam foemina excusantur ab acerbitate pœne Text. *in l. 1. vers. sed & mater ff. ad leg. Pompei. de parricid.* Pluribus Berlich. *4. part. concl. 7. ex n. 1.* Carpovius *d. 1. parte q. 9. n. 18.* cum aliis multis à me relatis *controv. 8. ex n. 2.*

In crimine sacrilegii clarè Text. *in l. sacrilegii 6. ff. ad leg. Jul. peculatus,* docet habendam rationem sexus; sed hoc non quia mitius foeminae puniantur, sed quia ibi loquitur Consul de pœna crucis, ignis, & damnationis ad bestias, ita ut dum de sexu haberi rationem iussit, ideo fuit ne foeminae ad bestias damnarentur, quod prohibitum erat, tum quia illi qui ad bestias damnabantur erant nequissimi servi aut hostes infestissimi, plerumque homines perniciosi, & immanes, qui ob multiplicia crimina defensionisque indigni venia suere: quibus in theatro ut cum immanissimis belluis depugnarent, negotium datum est, ut tradit Alex. ab Alexand. *dier. genial. lib. 3. c. 5.* quod genus pœnarum non solum foeminis dari inluetum, verum matronis spectaculum negatum, ut idem testatur *lib. 6. c. 19. & Rosin. antiquit. Rom. lib. 5. c. 24.* Tum etiam quia apud Majores illos Romanos ex lege Romuli animadversio in foeminas propinquis committebatur. Livius *lib. 9. decad. 4. c. 18.* sic ait: *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas, si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadverteretur.* Plura exempla hujus rei tam tempore Consulium quam Imperatorum tradit Balduin. *ad leg. Romul. 14. ex n. 9.* Præterea pœna criminis sacrilegii omninò arbitraria est, ut *in d. l. 6. clarissimè dicitur, Menoch. de arbitr. cas. 389. n. 4.* Jul. Clar. *in §. sacrilegium n. 4.* Petr. Gregor. *libro 33. syntag. c. 18.* Carpovius *d. part. 2. q. 89. n. 13.* De jur. nostro Text. *in l. 2. titulo 18. parte 1.* ubi Gregorius Lopez *glossa 9. Gom. de part. 3. c. 5. n. 11.* ubi Ayllon. Et sic quid mirum quod caveatur haberi rationem qualitatis personæ, conditionis rei, temporis, ætatis, & sexus, cum hæc in omnibus arbitrariis pœnis contemplanda veniant.

In magni furti crimine Thefaur. *q. for. lib. 3. q. 46.* Joan. Bapt. de Thoro *in comp. dec. tom. 1. verb. mulier ob furtum Mag. Berlich. parte 5. conclusio 43. numero 37.* Carpovius *dicta parte 2. questione 82. numero 70. & 71.* Qui omnes concludunt eadem

- eadem pœna cum masculis puniri qui testantur de praxi.
- 86 In crimine insidiarum, sive proditiōnis hoc ipsum admittit Azevedus *in leg. 10. tit. 23. lib. 8. recopil. & in propinatione veneni plura dixi quoad exacerbationem pœnæ in foeminis, 1. 2. de regim. Valent. c. 2. §. 8. n. 107. cum seq.*
- 87 In crimine falsæ monetæ idem observatum testatur Thor. *in dicto compendio decisionum, tom. 3. verb. mulier imputata.* Neque obstat allegatus Textus *in leg. 1. §. vidua, ff. ad leg. Cornel. de fals.* quia talis Textus in jure non reperitur, & quavis crediderim Advocatum allegasse Text. *in l. 1. §. viduas, C. de falsa monet.* tamen in eo conclusio non probatur, quia ibi dixit Imperator, *Si nulla apud ipsas tam gravis conscientie noxa resideat.* Et sic non excusantur ratione sexus, sed quia viduarum status excludit præsumptionem notitiæ. Neque *consil. 85. Marii Giurbae,* cum ibi mulier non fuit principalis delinquens, sed maritus, quod sufficit ut ab acerbitate pœnæ ob reverentiam excusetur.
- 88 In delatione armorum prohibitorum hanc eandem conclusionem probant Sebastian. Guazzin. *defens. 29. ex num. 20.* Petr. Caball. *cas. 228. n. 14.* Giurba *observazione 33. n. 25.* & alii plures, ita ut æqualiter foemina ac vir incurrat pœnam banni, armorum delationem prohibentis.
- 89 In crimine adulterii & incestus, hoc ipsum probat Text. *in l. si adulterium 38. in prin. ff. ad leg. Jul. de adulter.* ibi: *mulier similiter quoque punietur.* Pluribus Carpovius *d. part. 2. q. 54. ex n. 51.* Neque distinctio quæ sublequitur *in §. quare mulier,* ejusdem legis conclusionem nostram destruit in prohibitis iure gentium, vel naturali, sed in incestu procedente ex dispositione juris civilis, ut notat ad eum Text. Jacob. Cujac. *Carpz. d. q. 54. n. 22.*
- 90 In crimine lenocinii Text. *in l. mater 10. in prin. ff. eod. ibi: mulieres quoque hoc capite legis quod domum præbuerunt, vel pro comperto stupro aliquid acceperunt tenentur.*
- 91 In crimine raptus sic similiter Baldus *in l. 1. num. 23. & in l. raptos n. 7. C. de Episcop. & Cler. Hippol. de Marfil. in l. 1. n. 223. C. de rapt. virg. & Angel. ibidem ad fin. adducens exemplum memorabile cujusdam foeminae capitaliter punite. Et quanquam Tiber. Decian. cum aliis D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars I.*

ab eo relatis *d. lib. 8. c. 7. n. 27.* teneat contrarium, non ex defectu malignitatis, sed damni subsecuti, id asserunt, cum in adolescentibus raptis violenter per foeminas nulla dedecoris nota subsequatur, quod est valde diversum.

In crimine falsi mulier non excusatur nisi à præsumpto dolo, & simulatione. Farin. *de falsis. q. 142. n. 45.* & hoc adhuc si mulier fuerit simplex, & non sagax, idem Farin. *q. 145. n. 128. in fin.*

In crimine resistentiæ non docuit Clarus quod mulier mitius puniatur; nam in allegata *q. 29. n. 5.* hæc ait: *Alegapina maritum capitaliter damnatum eximit à manu satellitum, fuit diu disputatum in Senatu an esset puniendæ, & tandem non fuit definitivè absoluta, neque condemnata, sed dictum non esse molestandam donec aliud per Senatum ordinatum fuisset:* quod est valde diversum, quia in gratiam conjugalis affectus, non sexus, similis gratia ei attributa fuit: sicut excusatio concessa uxori eximenti à carceribus maritum mutatis vestibus, ut docent Gomez *d. l. 3. c. 10. n. 2.* & Farin. *q. 30. n. 118.* quæ quidem ratio & dubitandi erat *in d. q. 46. Thefaur. & decidendi in d. consil. 85. Giurbae.*

In crimine injuriarum Paris. *consil. 149. q. 2. n. 26. vers. sive sit rusticus.* Berlich. *d. 5. part. concl. 60. n. 4.* Gutierrez *in pract. crim. q. 133. n. 21. & q. 134. ex n. 1.* Ac tandem plures foeminas Bannitas proponunt Farin. *q. 103. n. 64. cum seq. Cabal. cas. 276. n. 8. & 9.* Sebastian. Guaz. *defens. 55. c. 3. num. 10.* Ant. Matth. *d. lib. 48. ff. tit. 5. c. 2. n. 4.* dum dubitant an occidens Bannitam consequatur præmium; si enim ratione sexus mitius puniendæ foeminae forent, minimè simile dubium proponeretur, quia non possent foeminae subjici banno, ac per consequens eisdem legibus animadvertendum est in eas, nisi in aliquibus casibus in jure expressis.

Quod pluribus exemplis ex sacra pagina desumptis comprobatur remanet. Primum in communi matre Eva, quæ legem divinam simul cum Adamo transgressa fuit, & pœna mortis æqualiter cum eo plexa. Præceptum enim utrumque comprehendebat, ut etiam ipsa falsa fuit *Genes. c. 3. vers. 2. ibi: de fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu vero quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus.* Edit Eva, & edere dedit Adamo, uterque peccavit, & uterque morti subiectus remansit. Non Eva ratione

sexus mitius punita fuit, aut veniam meruit, imò potius cā indigna apparuit, ut testatur sanctus Joannes Chryostomus homilia 16. in *Genesim*, ibi: *in tantum decepta es, ut ne venia quidem digna sis.* Si impositionem poenæ perpendimus, ambo æqualiter poenā mortis, seu potius mortalitatis, irrogari fuere; unicuique aliquid superadditum Adæ ibi: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Evæ verò ibi: *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Sævissima poena est inter spinas, & tribulos cum sudore querere panem; sed sævior poena servitutis, ultra ærumnas, & dolores partus. Quia servitus ultimum malorum est: cum libertas inestimabilis sit. Textus in *lege libertas*, ff. de *regulis juris*. ubi Petrus Faber & Revardus. Melior Textus in *leg. servitutem* 209. ff. eod. ibi: *Servitutem mortalitati ferè comparamus.* Prudenter noster Alphonsus in *proæmio titulo 5. parte 4.* ibi: *Servidumbre es la mas vil, e la mas despreciada cosa, que entre los omes puede haver.* Quod pendens idem Chryostomus homilia 17. sic Deum alloquentem cum Eva proponit. *Ego ab initio honore parem te formavi, & ejusdem dignitatis in omnibus participem concedidi. Ceterum quia abusa es dignitate honoris, sub jectio te viro, & ad virum converso tua. Quia relicto eo qui dignitate par, & cujus natura particeps, & propter quem formata es, familiaritatem cum serpente mala illa bestia, habere & accipere voluisti, propterea post hac illi te sub jectio, & illum dominum tuum assero, ut illius scilicet dominum agnoscas: clarior & expressius sanctus Augustinus lib. 11. *Genesim ad litteram* c. 37. ibi: *Hæc servitus conditionis est potius quam dilectionis, & maritum habere dominum meruit mulieris non natura; sed culpa Nptimè ad rem Christophorus à Vega in Theol. Marian. palastr. 8. cert. 4. n. 834.* Ex juris Interpretibus hanc esse causam veræ subjectionis foeminarum docuit Petrus Gregorius libro 11. *synagm. c. 2. num. 7.* Neque Deus id fecit, nisi ad reprimendam in foeminis effrenatam propensionem, quoad leges transgrediendas. Sic censuit Tertullianus libro de *habitu mulierum*, cap. 1. ibi: *Quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti, & invidiam perditionis humane) omni satisfactionis habitu expiaret. In doloribus & anxietatibus paries mu-**

lier, & ad virum tuum converso tua, & ille dominabitur tui. Et Evam te esse nescis? vorvet sententia Dei super sexum istum in hoc saculo vivat, & reatus necesse est: Clarior idem Chryostomus eadem homil. 17. dum de Adamo loquitur ibi: Veruntamen est, ut diligenti opera male consulentem repellat: mulier vero semper in auribus sonans habeat supplicium quod Evæ irrogatum est, quæ pestiferum illud consilium viro suggererat: ne audeat talia consulere, neque imitetur Evam, sed illius exemplo prudentior fiat. En quomodo ex eodem crimine poena in foeminam non mitigatur ratione sexus; imò augetur ad mensuram doli.

In lib. *Numer. c. 25.* refertur à divino Spiritu facinus Phinees, qui coram omni populo animadversionem exercuit in participes criminis ejusdem. *Zambri filius Salu dux de cognatione & tribu Simeonis, complices habuit; Corbi filiam Sur Principis nobilissimi Madianitarum.* Crimen æquale in utroque, incontinentiæ scilicet: eadem conditio personarum, nempe ex nobilioribus suæ gentis. Poena pariter æqualis fuit, ut ait Textus, ibi: *Ei perdidit ambos simul, virum scilicet & mulierem.* Quod non solum de iniquitate non arguitur, ratione acerbioris poenæ; verum sic à Deo approbatum fuit, ut ei atque posteritati præmium statim designavit. Quia zelo meo commotus est contra eos, ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipse quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum: refertur in *c. nos si incompetenter 2. questione 7. in §. his ita*, meminit Farinacius *questione 135. n. 1.* & pluribus perpendit Marquez in *gubern. Christi lib. 1. c. 29. §. 1. & 2.*

Achab Rex Israël uxorem duxerat Iezabel, filiam Regis Sidoniorum. Impiè ambo idololatriæ crimen patrarunt. *Reg. libro 3. cap. 16. vers. 81.* Uterque Naboth vineam cum vita per insidias arripuerunt *d. lib. 3. cap. 21. vers. 5. cum segg.* Sententia Dei subsecuta fuit in Achab, ibi: *In loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum; in Reginam verò ibi: Iezabel canes comedent in agro Jersabel.* Executionem harum poenarum narrat sacer Vates quoad Regem *dicto libro 3. capite 22. versu 38.* Quoad Reginam, libro 4. *capite 9. versu 35.* Atque adeo dispositio procedit, ut neque Reginæ mitigetur poena ratione sexus, imò

imò aggravatur ad mensuram sceletis & mali animi.

99 Et ut alia plura, brevitatibus causâ, omitantur; ex novo Testamento perpendenda venit poena illata per summum Christi Vicarium beatum Petrum, Ananix, & Saphiræ, ob fraudem pretii agri venundari, & mendacium dictum summo Antiliti, *Actor. c. 5. in prin. ibi: & fraudavit de pretio agri conscia uxore.* Culpa par in utroque, poena pariter æqualis: nam utrumque capite plexum eodem die narrat sacra pagina. Ac per consequens, quoties adest æqualitas doli, & culpæ, poena eadem imponi debet.

100 Quod iustissima ratione nititur, quia propensio foeminarum erga transgressionem legum, coercitione eget: præcipue in criminibus insidiosis, atque proditoriis. Text. in *l. fin. C. ad leg. Cornel. de Sicar.* ibi: *si forte mulier marito mortis parasset insidias. Juvat l. preced. Text. in l. liberi 25. C. de inofficiis. test. & aliis plurimis.* Quia foeminae ad insidias parandas sunt maximopere proclives. Arist. *lib. 9. histor. animal. c. 1.* ibi: *verum maligniores, astutiores, insidiosiores foeminae sunt.* Seneca in *Octavia* ibi:

101 *Mulier, dedit natura cui pronum malo Animum, ad nocendum peccus instruit dolis.*

Ex quibus dimanat, ut quæ non possint vel non audent aperto Marte aggredi, id insidiis, technis, dolis atque proditoriis conficiant: pellem videlicet, vulpinam induentes, cum leoninam assequi non valent: & dum desunt vires, insidias, astutias, atque artificios moluntur, ut hæc & alia congerit Tiraquel. *in l. connub. n. 21. de quo plura exempla passim habemus, & aliqua tradit Decian. d. lib. 9. c. 24. n. 3.* Ex his, dum expendebam forum Regni Valentia, poenam concremationis imponentem foeminae venena propinantibus, *tom. 2. c. 8. §. 8. n. 107. cum sequentibus*, qui quidem forum, solum poenam laquei hominibus imponi, dixi, quod idem cautum fuit, quia foeminae artem conficiendi venena mala adinventur, & maxime proclives sunt ad vindictam sumendam per has, & similes insidias, & cum poena imponatur ad exemplum, & medelam, ut ibi probavi, ubi magis periculum urget, ibi efficacior medelam adhiberi oportet secundum Text. in *dicta lege aut facta, §. fin. ff. de poen.*

102 Neque ex eo quod hæc militent in crimine veneni, in nostra specie cessabunt, quia veneno homicidium patrandum homicidium insidiosum, proditoriumve committitur, in lege Cornelia deficiariis

104 comprehensum, ut probat Text. in *dicta lege 1. §. 1. l. 3. cum aliis sequentibus. ff. eod.* Pluribus Farinacius *questione 122. n. 4.* Caballus de *homicid. n. 420. cum sequentibus.* Marth. de *crim. dicto titulo 5. capite 5. n. 3.* August. Barbof. *dicto libro 2. de jur. Eccl. c. 3. n. 94.* Diana *parte 1. tract. 2. resol. 36.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 8. vers. & simile est.* Castro Palao *tom. 2. tractat. 12. disputat. unic. punct. 9. n. 26.* Trullench. *lib. 1. decalog. c. 9. dub. 3. n. 19.* Quod comprobatur verbis Valerii Maximi *lib. 2. cap. 1. ibi: cum viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent.* Ex quibus omnibus clarissime deprehenditur, quod in his quæ prohibita sunt jure divino, naturali, vel gentium foeminae ratione sexus excusari non valent, neque ab acerbitate poenæ: in his verò quæ prohibita sunt jure civili, vel quæ foeminae à communiter contingentibus ignorare solent, aliquam excusationem mereantur, ut tradit Farinacius *dicta questione 98. caus. 15. n. 1. c. 3. cum duobus sequentibus, & dicta questione 119. n. 19.* Carpzovius *d. q. 53. n. 19. & 954. num. 22.* Quod communiter in praxi receptum est, ita ut præ manibus habeamus quamplurima exempla foeminarum ad poenam gladii, laquei, concremationis, verberum & detractionis, sive reclusionis condemnatarum juxta criminis ab eis patrati qualitatem. Quod autem homicidium prohibitum sit jure divino naturali, & gentium probat latè Tiber. Decian. *d. lib. 9. c. 20. ex n. 1.*

105 Ad secundum argumentum desumptum ex Ciazio *dicta disceptatione 26. n. 84.* facilius responderetur. Quia excusatio quæ asserit, debet foeminae conjugatæ, & honestæ, occidenti molestantem de adulterio committendo, non comprobatur ex doctrina eruditissimi Francisci Sarmiento, quia in *capite 1. n. 11. selectarum*, si referatur ad librum primum in quo aliqua de materia incontinentiæ tractat, similis excusatio non reperitur. Neque in *cap. 1. reliquorum septem librorum selectarum* de materia tractat. Et quamquam similis excusatio de jure procedat ex Text. in *leg. 1. §. penult. ff. ad legem Cornel. de sicar. & docet Caballus de homicid. n. 88.* (quibus congruit *l. 3. tit. 8. part. 7.* ubi noster Gregor.) & cum eo plures quæ Ciazio non allegat. Hoc procedit, si occiderit molestantem cum violentia, & in ipso aggressu violento, ut de omnibus occidentibus pro tuenda pudicitia sua, vel suorum, cavetur in Text. ibi: *per vim inferentem occidit*

cidit; ut bene notat Ant. Matth. d. tit. 5. cap. 2. n. 11. sic patitur in nostra l. 31. ibi: *por fuerca, si lo matate entonce.* Quod eleganter dixerat Cicero Orat. 38. pro Milon. ibi: *puclitiam cum eriperet militi, tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat: facere enim probus adolescens periculosè quàm perpetrari turpiter maluit, atque bonus vir ille summus, scelere solum periculo liberavit.* Quo loci perpendenda sunt verba illa cum eriperet explicantia in ipso aggressu fecisse, & illa cum vim afferebat denotantia violentiam, ut statim, & vim propulsando fieri debeat. Non autem quando violentia abest, & ex intervallo occidit, ut ex Farin. Caball. Carpov. & alijs plurimis dixi supra ex n. 16.

110 Quibus additur quod in nostra specie nihil de molestia, sollicitudine aut jactantia turpitudinis probatum fuit ob quod justis doloris causa oriri posset. Et illud Poëticum quod dicebatur:

Nullum memorabile nomen

Feminea in pœna est: spernendum videbatur, tum quia Virgilius 2. *Aeneid ad fin.* (Cujus auctoritas obruncata, & ob id reticendo auctorem, allegabatur) hæc dixerat non de pœna judicialiter feminae imponenda tractando. Sed de viro militari Mulierem occidere desiderante. Ardebat Troia, Aeneas reperit Helenam causam totius mali, in limine Vestæ tragediam prospicientem, eam necare desiderat, sed abstinet ea consideratione.

Nam, est nullum memorabile nomen
Feminea in pœna est, neque habet Victoria
laudem

Extinxisse ne fas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animique explese juvabit
Utrius flamma, & cineres satiasse meorum.

Quadruplici solutione, ut Cerda ibidem accuratè notat, satisfieri asserit: tantum abest ut ei acquiescat. Tum etiam quia tot tantisque exemplis ex sacra pagina depromptis contrarium probatur.

Nam ex illis abundè cõstat, Deum optimum, & Maximum, per se, & per suos administratos, pœnas acerbissimas feminis sõtibz imposuisse, & tamen nomen ipsius, & eorum memorabile permanet, & permanebit in seculum. Et si humana testimonia quarantur, Romani laudabiliter severitatem in feminas exercuerunt, ut tradit Valer. Maxim. lib. 6. c. 3. his verbis
111 *Latèque patens opprobrij deformitas, severitate supplicij emendata est: quia quantum*

ruboris civitati nostra mulieres turpiter se gerendo intulerant; tantum laudis graviter punire attulerunt. Nec laudem pœnæ cessare dicetis, ex eo quod loquatur de incontinentia, nos autem de crudelitate: quia potior ratio militat, quàm gravius crimen censetur homicidium, adulterio. Et si concedamus quod abest, aliquid iniquitatis adesse in pœna capitali feminae irrogandæ: negari non potest Angelam magnum crimen commisisse, quod magni exemplum considerabat, ne passim ex levi convitio inconsideratè prolato, homines nequiter interficiantur, & ut Tacit. dixerat 14. *annal. Habet aliquid ex iniquo magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.*

Ad tertium argumentum fit satis cum 112 deductis supra, n. 18. & segg. Ad quartum ex allegatis n. 17. seg. Neq; illud quod de fratre adducit Giurba d. *conf. 20. n. 13.* ad rem prodest, quia ex necesse fratris, non venit ex sui natura, proditioni qualitas, sed patricidii, Text. in l. *cum vulgat. ff. ad leg. Pompeiam. de parrycid.* An autem ex qualitate patricidii amittatur privilegium immunitatis tractant plures, ut Villalobos, Sanchez, Barbosa, & alii apud Trulench. lib. 1. *decal. c. 11. dub. 3. n. 20.* quæ quia ad nos non pertinent, omituntur.

Hæc meditabantur ad suffragium præstandum in defina. hujus causæ, sive controversiæ. Sed quia articulus immunitatis Ecclesiæ ad quam dicebatur confugisse Angelam, dum in sella gestatoria duceretur ad carcerem, suscitatus fuit coram ordinario Ecclesiastico, indecisa controversia remansit. Nam in eo articulo obtinuit, an tandem indultum consequuta fuit.

CONTROVERSIA XXX.

De Homicidio insidijs, atque industria patrato, an dici possit proditionum que ad effectum immunitatis consequenda.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio disputandi hanc controversiam.
- 2 Ambigua sunt facta maxima.
- 3 Aureu seculum oratoribus caruit, & quare.
- 4 c. 1. de homicidio explicandū proponitur.
- 5 Zelum tuende immunitatis Ecclesie qualiter explicaverit Christus Dominus.
- 6 Christus non purgavit templum nisi adhibito flagello, quo pœnam denotavit.
- 7 Prælati Ecclesiastici, quo pacto purgare templa teneantur.
- 8 Zeli verbum in sacra pagina semper capitur, quoad vindictam delictorum.

9 Damnum

- 9 Damnum reipublica resultans ex frequentia aistorum Ethnici perpendebant.
- 10 Humana ingenia plerumque non futura, sed præterita contemplantur.
- 11 Verba d. c. a. desumpta fuisse à Gregorio I. X. ex c. 21. Exodi II.
- 12 In d. c. 11. Exodi de judicialibus tractatur.
- 13 Ea translata inter Canonicas sanctiones à summo Pontifice.
- 14 Quidquid in volumine decretalium continetur, legis Ecclesiastica habet vigorem, & omnes ligat.
- 15 Cap. inter alia 6. de immunit. Eccl. expenditur.
- 16 Ad concordiam rediguntur isti Textus.
- 17 Generi per speciem derogatur.
- 18 Homicidium per industriam, & insidias patratum excludit à privilegio immunitatis.
- 19 Doctores hanc conclusionem firmantes.
- 20 Hispani Doctores hanc conclusionem firmantes.
- 21 Aliqui Doctores tenuerunt, quod non sufficit qualitas industria, & insidiarum, sed etiam proditionis.
- 22 Felini dictum explicatur.
- 23 Proditionis qualitas, an verificetur ex solo pretextu amicitie.
- 24 Domini Didaci Covarruvias auctoritas explicanda proponitur.
- 25 Proditio in proprio, & rigorosa significatu quid importet.
- 26 Proditionis verbum in jure promiscue accipitur cum insidijs, dolo, & fraude.
- 27 Expenditur Text. in l. capitalium 16. §. igne, ff. de pœn. cum l. fin. C. de delatorib. lib. 10. & alijs juribus.
- 28 Insidijs appetere, quid in jure significet.
- 29 Idem in jure est insidiare salutem dominorum, ac prodere.
- 30 Servus Domini non est amicus, sed inimicus.
- 31 Ependitur Text. in l. §. in princ. ff. ad leg. Jul. Majest.
- 32 Auctores lingue Latine insidiari proprodere, & e contra, sumunt.
- 33 Proditio, industria, artificium, insidia, fraus, & dolo idem sunt.
- 34 Expenditur Text. in l. fin. §. 1. & §. quoniam, de re militari, lib. 12.
- 35 Insidiari, est decipere.
- 36 Insidiari quid importet in jure.
- 37 Expenditur l. ut vim, ff. de just. & jur. & l. si forte fin. C. ad leg. Corn. de Sicar.
- 38 Insidia etiam sunt manifesta.

- 39 Insidiari quid significet in sacris scripturis.
- 40 Conferuntur Text. sacra pagine in c. 21. Exodi, & c. 19. Deuteron.
- 41 Voluntariè occidere, & per insidias in sacris scripturis idem sunt.
- 42 Homicidium nequiter commissum, an excludat effectum immunitatis.
- 43 Bartoli doctrina quoad hæc, explicanda proponitur.
- 44 Bartolus interpretatus fuit Textum in l. percipiendum, §. delinquitur, ff. de pœn. per exempla.
- 45 Exempla regulam non coarctant.
- 46 Homicidium simpliciter dolo sum, & merè voluntarium, comprehenduntur sub exemplis Bartoli, si sunt ex proposito.
- 47 Similia sub regula comprehensa, explanatione aliorum non excluduntur.
- 48 Prodere quid sit, juxta Bartoli doctrinam.
- 49 Occidens veneno, proditione occidit, quamvis sit inimicus.
- 50 Occidens per assassinium proditione pariter occidit, licet inimicus censetur.
- 51 Exemplum de socio itineris propositum per Bartolum non congruit cum Text. ab eo adducto.
- 52 Doctrina cujusvis Doctoris intelligenda est secundum jura ab eo allegata.
- 53 Cautela, sive machinatio adhibita ad necandum per artificium, dicitur insidiarum, & proditionum, etiam inter inimicos.
- 54 Exemplum Bartoli, de sedente in mensa potest verificari inter inimicos.
- 55 Absalon, & Ammon, inimici facti fuerunt ex stupro Tamar, & tamen sedendo in mensa Ammon fuit occisus proditione, & per insidias.
- 56 Exemplum de percussente à retro explicatur.
- 57 Inimicitia capitalis excludens proditionem, debet utrique esse nota, ita ut invicem odio, & rancore afficiantur per actus externos.
- 58 Ratio unica vitanda qualitatis proditionis, est possibilis precautio.
- 59 Femina an possit inimica dici.
- 60 Mulier non potest levare saidam, & quid hoc sit.
- 61 In femina non cadit inimicitia, quoad vindictam.
- 62 Feminam occidere iniquus est, ac occidere virum.
- 63 Feminam bannitam necare impiissimè est.
- 64 Femine pro sexus fragilitate præsumuntur minus astrictæ.
- 65 A femina nullus precaveri potest.

66 Quæ